

www.e-rara.ch

**Deo opt. max. praeside, consensu amplissimi ordinis facultatis
iuridice in inclyta Academia Basiliensi, sequentes positiones de
tutelis**

Rosenow, Joachim

Basileae, anno 1582

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8118>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DEO OPT[▷] MAX[▷]
PRAESIDE[▷]
 CONSENSV AMPLIS-
 SIMI ORDINIS FACULTATIS IURI-
 dice in inclyta Academia Basiliensi,
 sequentes positiones
DE TVTELIS

publicè disputando exercitij causa defendet

IOACHIMVS ROSENOVV,

LVBECENSIS.

HABEBITVR DISP^V.
 tatio V Maij. in Auditorio lu-
 risconsultorum hora vii.



BASILEAE, ex Officina Leonhardi Ostenij,

ANNO M. D. LXXXII.



THE
PRAISE

CONSTITUTION

OF THE
UNITED STATES

OF AMERICA

AND

THE

HABERITV DISP

AND V. M. in Audito

in Audito



AND

AND

POSITIO I.

Quanuis tutela, simpliciter intellecta, facti sit, me tamen de illa, quæ iuris est, potissimum loqui, sequentes positiones testificabuntur.

II.

Definitio talis esto: Tutela est vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui se per ætatem defendere nequit, iure civili data, ac permessa.

III.

Et est triplex: testamentaria, legitima, & dativa. Equidem testamentariorum tutorum causa prima est: legitimorum, secunda: dativorum, tertia.

IV.

Testamento tutores directo dantur, liber homo, masculus maior sanæ mentis, item qui loqui & audire potest.

V.

Dantur à testatore, qui testamenti factionem habent liberis impuberibus: siue testator fuerit paterfamilias siue filiusfamilias. Et in hoc, sicut etiam in alijs, conveniunt inter se testamentaria & legitima. Nam l. 12. tab. permittum est parentibus, ut liberis suis, non etiam extraneis, quos in potestate habent tutores dare possint.

V I.

Servus proprius , etiamsi detur sine libertate , rectè datur. alienus non item.

V II.

Furiosus & prodigus, quemadmodum etiam tardè audientes, tutores esse possunt ex testamento: quamvis illud in definitione videtur negari.

V I X.

Interdum in codicillis tutores quoq; dari possunt , si sint testamento confirmati.

V X.

Tum autem hæc datio vires acquirit, postquam is, qui in testamento hæres scriptus est, hæreditatem adierit. Si vero hæres scripti hæreditatem repudiauerint, nihil valet datio , sicuti nec totum testamentum.

V X.

Non etiã omnes tutores testamento dati simpliciter valent: quia sunt quidã casus, in quibus requiritur tutoris confirmatio. Confirmatio tamen facienda est sine inquisitione, scilicet morum, & facultatum tutoris.

V I.

Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub cõditione, vel ante hæredis institutionem, posse dari tutorẽ, non dubitatur.

Legi-

XII.

Legitima tutela dicitur, quando lex dat tutores liberis impuberibus, siue fuerint masculini, siue fæminini sexus, testamentarijs tutoribus non extantibus.

XIII.

Hæc est quadruplex. Legitima adgnatorum, patronorum, parentum, & fiduciaria tutela.

XIV.

Adgnatorum dicitur, quæ adgnatis proximis, hodie etiam cognatis à lege deferitur. Patronorum tutela dicitur, quam habent patroni in libertis, & eorum liberis.

XV.

Hærum quidem una ex verbis, expressè, altera ex mente legis datur.

XVI.

Si parens filium impuberem emancipet, eius tutor fit ad exemplum patronorum, non ex mente legis 12. tab. multò minus ex verbis directis. Quando verò frater fratris sui emancipati impuberis, post mortem patris naturalis & legitimi, fiduciarius tutor fit.

XVII.

Quare quoq; Imperator Iustinianus eam fiduciariã à fiducia

diligētia & fidei fraterna, quā lex habet erga fratres, appellauit.

XIIX.

Neque enim fiduciaria dicebatur ob ius successionis, aut agnationem, quæ emancipatione erat sublata.

XIX.

Hodie tamen, quia condita est lex, quæ vocat fratres ad successionem fratris emancipati, dicitur & ex mente ipsius legis, legitima.

XX.

Cessante testamentaria & legitima, Attilius Tribunus Plebis legem tulit, ut pupillis tutorem non habentibus, à prætore, & maiore parte Tribunorum plebis darentur: Et hæc dicitur Datina, quæ species tutelarum est tertia.

XXI.

Mater licet in testamento de iure Veteri non detur: nihilominus tamen de iure nouo à iudice potest dari tutrix. E contrà, seruus in testamento tutor datur, & tamen à iudice tutor dari non potest. Idem dic de debitoribus & creditoribus pupilli.

XXII.

Positis iam definitionibus & diuisionibus, singularum tutelarum proprietas facillè deprehenditur: consequens est, ut pauca de tutorum officio, & generali tutelarum effectu subiiciam.

XXIII.

Officium tutorum uti colligitur ex l. cum plures. §. cum tutor.

tor. ff. De administ. tut. est instituere pupillum bonis moribus, solennia munera parentibus, cognatisq; mittere, alimenta ministris pupilli, nonnunquam etiam exteris præstare. In summa,
CORPVS ET SALVTEM IMPVBERIS TVERI.

XXIV.

Et hoc si neglexerint tanquam suspecti remouentur, & damna de bonis eorum pupillo resarciuntur.

XXV.

Finita tutela tenetur tutor reddere rationem sue administrationis. Dico, finita: durante enim adhuc tutela iudicialiter conueniri non potest. Refert ergo scire, quibus modis finiatur.

XXVI.

Finitur tutela primò pubertate, item arrogatione, deportatione, seruitute, captiuitate pupilli, Item morte naturali pupilli, vel tutoris, capitis diminutione tutoris maxima, vel media.

XXVII.

Sciendum: Legitima tutela licet olim per minimam capitis diminutionem tollebatur, hodie non tolli.

XXIIIX.

Satisfacere etiam coguntur tutores, sed non omnes.

XXIX.

Effectus principales tut. sunt Actio, & Autoritas tutoris.

XXX.

Autoritas tutoris pupillo necessaria est, si damnum habere possit: aliàs non.

XXXI.

Pupillo due competunt actiones, tutela directa & in integrum restitutio. Altera contraria tutelae, actio datur tutori aduersus pupillum.

XXXII.

Pupillus sua petit, rationem administrationis tutelaris: Tutor repetit à pupillo, si quid in rem pupilli impendit, vel pro eo fuerit obligatus.

XXXIII.

Ambae oriuntur ex Qs: contractu: quia inter tutorem & pupillum oritur obligatio, pupillo etiam ignorante & non consentiente, imò inuito.

XXXIV.

Coronidis loco illud addo. Duo sunt Titij, pater & filius: datus est tutor Titius: queritur quid iuris? Resp. Affero patrem datum: imò filium datum: Dico neutrum datum.

Θ Ε Ω Μ Ο Ν Ω Δ Ο Ξ Α .